



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica**

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Aatholicis ad  
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniae, 1654**

B. Aloysius C. S. Demetria V. M. S. Albanus Eps. 21. Iun.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44916**

1. B. Aloysius Gonzaga ex Marchio-  
num Illustrissimo genere ortus inte-  
gerrimæ castitatis, & deuotionis reli-  
giosæ exemplum, in Societatem Iesu  
adscriptus angelicam vitam brevi in  
terris decursu absoluit, perennaturus  
commodius in cælo, ab Apostolica  
sede in BB. numerum relatus est.

2. S. Demetria V. Romana SS MM.  
Flaviani & Dafrosæ filia, S. Bibianæ  
soror sub Iuliano Apostata martyrio  
coronata est vna cum Sorore sua.

3. S. Albanus presb. cum Theone-  
sto Philippensi, Epo. tempore Hune-  
rici exul factus, Roma in Galliam  
missus ad prædicandum, Moguntia,  
quæ pastore carebat substitit, vbi Ari-  
anorum insidijs crudeliter tractatus  
decollatusque caput suum ipse in lo-  
cum quietis deportauit.

B. Aloysius C.S. Demetria V.M. S. Al.  
banus Eps. 27. Iun.



*Fuga peccati ven.*

Mens Christo dedita, æque & in  
maioribus, & in minoribus peccatis  
intentata est. Hieron.

Deus qui diuitias bonitatis tuæ in  
extimia B. Aloysij (S. Albani: S. Deme-  
trix) sanctitate, mirabiliter demon-  
strasti, Da nobis tam illustri vitæ ex-  
emplo continenter proficere, & in tui  
nominis amore, eius intercessione  
accendi Per D. N. I. Chr.

Ora pro Deuotis &c